

**A** reuerendū patrē Iacobū episcopū Laudensem, q̄ p̄ suo themate assumpsit uerba hæc, uidelicet: Exprobrauit deus incredulitatem eorum & duritiā cordis. Et eo finito, magister Hieronymus de Praga in medio existens, ascendens quendam bancum, replica uit contra præfatū dominū Iacobū & eius sermonem, & alia diuersa dixit, & allegauit. Quibus & alijs pluribus auditis, reuerendissimus pater dominus patriarcha Constantinopolitanus, unus de commissarijs ipsius synodi, dicto magistro Hieronymo præsentē et audiente, sententiā diffinitiuā contra eundem Hieronymum de Praga talē et intelligibilē uoce in scriptis legit et promulgauit, prout et quemadmodū in quada schedula papyrea, quā in suis manib⁹ tenebat tenoris inferius inferri, plenius continetur et habetur. Qua siquidem sententiā lecta, et per synodum uniuersaliter approbata & per deputatos nationum Antonium Concordiensem, Vitalem Tolonensem, Nicolū Merseburgensem, & Patritium Carthagiensem episcopos, ac præfatū dominū Ostiensem, per uerbum placet, idem Hieronymus traditus est potestati seculari, & combustus fuit.

Mar. 16, d

¶ Tenor sententiæ diffinitiuæ latæ contra Hieronymum de Praga.

In nomine domini, Amen. Christus deus & saluator noster uitis matura, cuius pater agricola est, discipulos cæterosq; fideles suos in illis instituens, inquit: Si quis in me non manserit, mittetur fores sicut palmes, & arefecet. Cuius summi doctoris & magistri doctrinam sequens & præcepta exequens hæc sancta Constantiēsis synodus in causa inquisitionis hæreticæ prauitatis per eandem sanctam synodum mota, fama publica referente & clamorosa insinuatione demonstrante, contra magistrum Hieronymum dictum de Praga, dictum magistrum in artibus, laicum, ex cuius causa actis et processibus constat, eundem Hieronymum tenuisse, asseruisse, et dogmatizasse nonnullos articulos hæreticos et erroneos, dudum a sanctis patribus reprobatos, quosdam uero blasphemos, et alios scandalosos et alios piarum aurium offensiuos, temerarios et seditiosos, dudum per damnatæ memoriæ uiros Ioannem Vuicleff et Ioannem Hufz alertos, prædicatos & dogmatizatos, ac in nonnullis eorum libris et opusculis insertos. Quicq; doctrina et libri prædictorum Ioannis Vuicleff et Ioannis Hufz, ac Vuicleff memoria, dictiq; Ioannis Hufz persona, per eandem sanctam synodum et eius sententiā de hæresi dānat et damnatæ fuerunt. Quamq; damnationis sententiā idem Hieronymus postmodum, pendente huiusmodi inquisitionis causa, in eadem sancta synodo cognoscens et profitens ueram, catholicam et apostolicam fidem approbauit, et eidem consensit, anathematizauitq; omnem hæresim, præcipue eam de qua erat infamatus, et se confitebatur infamatum, et quam præteritis temporibus dogmatizauerunt et tenuerunt Ioannes Vuicleff et Ioannes Hufz in suis opusculis, sermonibus et libellis, et propter quam seu quas cum suis dogmatibus et erroribus ab eadem sancta synodo damnati fuerunt tanquam hæretici, et eorum doctrina similiter damnata, præmissorumq; omnium damnationem professus, et iurauit se in hac fidei ueritate permanfurum. Et si ipse quicquam contra sentire, uel prædicare præsumperit, canonum seueritati subiacere, et æternæ pœnæ uoluit obligari. Necnon suam professionem manu sua conscriptam, eidem sanctæ synodo obtulit atque dedit. Post quas professionem et abiurationem multis diebus transactis, sicut canis ad uomitum rediens, ut uirus pestilentissimum quod in suo latitabat pectore, publice euomeret, audientiam publicam sibi dari in eadem sancta synodo postulauit. Qua sibi cōcessa, coram eadem synodo publice congregata asseruit, dixit, et p̄fessus est in effectu, q̄ præfatæ sententiæ dānationis dictorū Ioannis Vuicleff et Ioannis Hufz inique consenserat, et illā sententiā approbādo mentitus fuit. Nec uerebat se cōfiteri mentitū, gnimmo cōfessionē, approbationē et professionē suā sup̄ illorū dānatione reuocabat nūc et in æternū, asserēs, se in libris Ioannis Vuicleff et Ioannis Hufz nullam unquam hæresim uel errorem legisse, licet ante fuerit confessus

al. uera  
Ioan. 16, d